




BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII 4.304







1835



ΑΓΑΛΛΙΑΣΙΣ

Τῆς ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

*Aut 1350*

FN

ADVENTV FELICI  
ILLVSTRISSIMORVM

Ducum de Ostrog:

Cum auspiciò ad Academiam Craco-  
uiensem redirent.

AB

ADAMO BVRKACKI  
Studiofo Alm. Aca. Crac.


DEDICATA.



CRACOVIAE,

*In Officina Typ: Matthiae Andreouensis,  
Anno Domini, 1629.*

1.791



Non sic & Tellifero diffulsit Cynthia calo,  
Dum Phabi plenâ lampade lus trat humum.  
Quantum antiqua Ducû Domus ob Mauortia facta,  
Partibus Hesperÿs splendet, & Occiduis.

# ODE I.

**Q**Vicumq; doctâ Mente Deas vocat  
Enthusiasmo Percitus igneo,  
Quemcunque delectat beatus  
Pieridum recreatque cætus.  
Aut cuius almæ Palladis altior.  
Cor æstuanti torret amor face  
Cuicumque subrisit modesto  
Mnemosine Charis atque vultu.  
Scandat benignis Numinibus ratem,  
Quâ vectus olim Mæonius senex,  
Dicturus vt luxêre Teucris,  
Iudicium Paridis superbum.  
Aut si placebit Scipiadas acris  
Bellonæ alumnos sydere collocet,  
Gracchosque fortes, fraudulentum  
Annibalem, Fabiumque lentum.  
Sint vnde gentes Aufoniæ, quibus  
Decessit orbis : tacta cupidinis  
Cantare formosæ igne multo,  
Corda Semiramidis licebit.

Cui verò paruum gazophilacium  
Concessit atrox ingenij parens,  
Sectetur arentes, & imâ  
Serpant humo, bibiturus Vndas.  
Non illeduri prælia Cassij,  
Bruti que cantans irreuocabiles  
Incuset, atroces que Parcas,  
Numina Principibus molesta.  
Sed me volentem Pegasidum choro  
Dignum pusillâ dicere tibiâ  
Captisque Pythium, & sonoram  
Carminè Pasithecæ vocantem;  
Visus per altam noctem Hyperionis  
Intrare cinctus lumine flammeo,  
Celeusma neu darem phasello,  
Increpuit Pataræus Apollo.  
Multam meretur laudis adorem,  
Quisquis beatos concelebrat viros,  
Hoc iussit, & parvam negavit  
Principibus placuisse laudem.

ODE



O D E II.

QVodcunq; tandem Mens hominū efferat,  
Nil est beatâ pulchrius indole,

Phænice, sed sunt pauciores,

In quibus illa sit expolita.

Quoquò feratur Maxima vis erit,

Vtrique parti temperat optimè

Pacem quieta, sed creare

Dura solet furibunda bella,

Distinxit omnes Ordinibus suis

Natura mentes, hic generosior.

Descendit in campum, sed illi

Suscitat ars animos superbos.

Hic Marte præstans, hic melioribus,

Virtute partis crescit honoribus:

At alterum dextros bonorum

Fama iubet superare colles.

Si namque pulcer furculus æthera

Confurgit alto vertice verberans,

Spes est laboris, sin remisso

Pondere mole suâque nutat.

Quis fructus? aut spes? sic pueri ferè  
Deuota duris Manibus indoles:  
Ostendit atrocem Catonis  
A teneris animum seueri.  
Pronus Tyrannos tollere Cassius,  
Sylla at cruoris quàm sitientior,  
Ad alta verò natus esse  
Aemilius puer vsquè visus.  
Crudelis omni tempore, & impius  
In natum, Orontes Rex habitus fuit,  
Castam Cyanne, & Paphne quamuis  
Cynthius ipse procus fuisset.  
Mentem tenebat. Quid? nisi ab indole,  
Quæ rebus actum præstat in omnibus,  
Et qualis est futura monstrat;  
Cætera vita hominis diesque.  
Ergo beatà quidquid ab indole.  
Disces futurum; vendicat hoc sibi  
Totum parentis culta curâ  
Vestra duces Generosa Virtus:  
Seu cui

Seu cui placebit Magnanimos decens  
Temptor periculi Spiritus, & metus.

Non Cyrus, aut Epaminondas,  
Mente ferox fuit ipse tantâ.

Non Mithridates magna vel ardui  
Sertorij mens; Non celer Asdrubal  
Tantum indolis decorem habebant,

Aemathius iuuenis, vel ipse  
Vultus quid altum spirat, & arduum  
Vivumque iam nunc dat patriæ decus  
Frons læta, maiestasque totis  
Luminibus peramæna oberrat,

Fælix Polonus Volhinia, at magis  
Altrix virorum Lechia quid times?

Crescunt daturi frigido axi  
Historias operosiores.

### O D E III.

Vates in altum Fatidicus ferar,  
Ventura quondam dicere præscius,  
Fatumque Parcarumque leges  
Stelliferi serie Trionis.

Quæ

Quæ me secreto prodere pectore  
Gnarus futuri Delius haud iubet,  
Lechis, nec inspecturus atrum  
Percutiam manibus cadauer.

Sed nec volucrum dulcesonantium  
Tentabo linguas Augurij loco,  
Nec vultures cum fratre Remi,  
Augurium, quod erat Quirino.

Odi profanas frontis, & omnium  
Inspectiones, aut manuum vias.

E fonte morum, & actione,  
Altius est aliquid petendum;

Hic augur omni certior, & magis  
Fidus: Cytæis vana: ego sum duces  
Non indecori augur laboris,  
Quem patriæ dabitis saluti.

Audebis orbem Lechia spernere,  
Collata tecum Turcia nil erit;  
Et Roma tot parens Virorum:  
Illa licet spoliârit orbem.

Est ma-

Est magna virtus pro Patriâ mori,  
Sis grata duram Nec Cethegi vicem,  
Vel Coriolani timebis,  
Nec dominos patiere Suecos.

O te beatam ter quater, & magis,  
O sacra tantos tempora, quæ duces  
Olim videbunt, vel clienti hoc  
Perfugio liceat latere.

Hostis videbit Puluere Martio,  
Quantum valebunt Magnanimi duces:  
Seu præliantes seu prementes  
Arma equitum, peditumque vultus.

Non si tot olim Ruffia perdidit  
Promptos, & acres militiâ duces,  
Strufos, Korecciumque fortem  
Scipiadae similem, vel ipsi  
Martem remittet. Zaffauios enim  
Iam nunc habebit fulmina Lechica  
Oftrogij tandem potentis  
Vota redire ducis videbit.

Fulmen

Fulmen Getarum terrificum nihil  
Es, Turcæ ab istinc ferte citi pedes;  
Tu Mosce mente infamis olim  
Zassauos metues, rebelli.

O D E IV.

O Nympha fontis Castalii parens?  
O tota splendens Vranix domus,  
Ad sis Philetæique fontis  
Vnda tui riget ora Vatis.  
Non præliantem dicimus Herculem,  
Sed Lærna nobis Tartarica exhibet  
Maius venenum, quàm fuisset  
Hesperidum vigili Cerastræ.  
At nunc furoris pœnituit bene  
Cæsam sui dum sanguinis ebria,  
Cladisque tantæ oblita nunquam  
Lechiadum volitabit agris.  
Fraude & scelestâ Mars violentiâ  
Dum vastat Vrbes, sic laqueo suo  
Prehensus pudenda clade cædes  
Expiat, igniuomosque fumos.

Totius

Totius hunc non immeritò queo  
Orbis triumphum dicere nominis,  
Quo Christiani victus hostis,  
Hostis acri metuendus arcu.

Mærore plenus credo animus cadet,  
Pauco repulsis milite quos capax,  
Non sustinere visus orbis  
Posse, nec ipse ferox Iberus.

Immanis hostis peior & omnibus,  
Quem Turca mittens crimine Prodromum  
Obstringit infando, feraces  
Ut populetur agros, & vrbes.

Durum refringes Russia mox iugum,  
Sensurus hostis tunc aquilas ducum,  
Quas patruum nunc sensit ipso  
Nomine Zaslauios timebit.


Nec Marte tantum Zaslauij valent,  
Nil est beatæ quòd Themidis soror  
Astræa conqueratur illos  
Non tenuisse fidem bonorum;

Ocura

O cura patris maxima : flosculi  
Coniunctim amæni crescite, nobilis  
Iuuentus adiunget fauores  
Auspiciis recreata vestris.  
Nos & triumphi Gloria recreat,  
Quo nunc potita est Lechia maximo,  
Sunt quippe inauditâ repulsi  
Clade Scythæ pharetrâtimendi.  
Aspectus, & nos exhilarat ducum  
Pergratus, olim quos nimium mora  
Tam longa nobis denegârat  
Vnicum Apollinei decoris.  
Solem, beatam lucem Academiæ,  
Musarum amænum ver, & amænius,  
Si vere pulchro quid refulsit.  
Vilius est ducum amænitate.







2107

